Quibus te monitib; excipiā & ut in epte
aliquid accedere magori tumiditate
effundam quidquid quaesieris te-
cum scire conabor. Habes hic aman
tissimū tui frēm eusebiū qui litterarū
tuarū mihi gratiā duplicavit
referens honestatē morū tuorum
contemptum scli fidē amicitiae amore
xpi. Nam prudentiā & eloquii ve-
nustatem & iā absq: illo ipsa epistula
p̄ferebat. Festina quaeso te &
haerentis in salo naviculae funem
magis p̄cide quā solue. Nemo re-
nuntiaturus sclo bene potest uende-
re quae contempsit ut venderet.
Quicquid in sumptum de tuo tuleris p
lucro computa. Antiquū dictum ē
avaro tam deē quod habet quā qd
n̄ habet. Credenti totus mundus
divitiarū ē. Infideli autē & iā obolo
indiget. Sic vivamus quasi nihil ha-
bentes & omā possidentes. Victus
atq: vestitus divitiae xpianorū.
Si habes in potestate rē tuā vende.
Si non habes proice. Tollenti tunicā
& palliū relinquendū est. Scilicet
nisi tu semp retractans & diem
de die trahens caute & pedetemtī
tuas possessiunculas vendideris
non hab xps unde alat pauperes suos.
Totū dō dedit q̄ se obtulit. Apostoli
navē tantum & retia reliquerunt.
Vidua duo aera mittit in gazofilaciū

& p̄fertur croesi divitiis. Facile
contemnit omā qui se semper cogi
tat esse moriturum.

EXPL EPIST HIERON AD PAULINUM

INCIPIT SECUNDA AD PAULI
NUM PBRM DE INSTITUTI
XII ONE CLERICORUM MONACHO
RUM ET DIVERSIS DI
VINE HISTORIAE EXPOS
ITIONIS

BONUS HOMO de bono cordis the
sauro p̄fert ea quae
bona sunt & ex fructib; arbor
cognoscitur. Metiris nos virtuti
b; tuis & parvos magnos extollis
ultimā q: partē convivio occupas
ut patris familiaris iudicio p̄movearis.
Quid enim in nob aut quantulū ē ut doc
te vocis ēmereamur p̄ conviū ut illo
ore quo relegiosissimus princeps de
fendit humiles modiciq: laudemur.
Noli igitur frāt kmē annorū aestima
re nos numero nec sapientiā canos
reputes sed canos sapientiam
salomone testante, sensi hominis
prudentia eius. Nam & moyses
lxx. p̄sbros iubet ut eligere quos
ipse sciret esse utiq: n̄ evo sed pruden
tia iudicandos & danihel ad
huc puer longevos iudicat atq:
inpudicos senes aetas lascivia cōdempnat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0146